



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Sect. IV. De obligationibus Superiorum localium respectu sui.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

S E C T I O I V.

De obligationibus Superiorum localium
respectu sui.

*Studeant perfe-
ctioni, & ora-
tioni.*

*¶ P. 4. c. 10. §.
4. & 5. & R.
Præp. 1. 2. &
Recl. 1. & Cl.
c. 1. tit. 2. §. 2.*

*Recollectio sub
initium Regimi-
nis.*

** Or. c. 1. §. 6.
¶ Or. c. 1. §. 20.
& R. Præp. 13.
18. & Recl.
12. 17.*

*Observantia
Regularum, &
Vita communis.*

¶ C. 1. D. 76.

1. **O**Mni studio Superiores eniti debent, ut tales sint, quales optantur in Constitutionibus; primamque officii sui curam in eo positam esse intelligant, ut oratione, & sanctis desideriis totam Domum, velut humeris suis, sustineant. ¶

2. Antequam Superioris officium ineant, sese ad dies aliquot spiritualibus Exercitiis recolligant. * Quod si nunquam gubernarunt, duos minimum menses, antequam gubernationem aggrediantur, ponant in attenta lectione omnium, quæ ad Institutum pertinent. ¶

3. Quamvis relata fuisset inter Regulas, jussu S. Fundatoris scripta Ordinatio, quæ statuebatur; ut ad conciliandam Superiori reverentiam apud subditos, ille, qui numeraret ex his supra triginta, ordinariè non cibum caperet in Refectorio communi, licèt cibus deberet esse communis, & postea tamen decretum, ut ea Regula vim non obtineat, relicta Generali

ali facultate dispensandi; ^a Communes igitur Regulas universi servant, & particularia in cibo, mensa, indumentis, cubiculi suppellectili, & aliis vitæ communi necessariis, quantum fieri potest, omnino vitent, & quæ in subditis optare debent, ea in seipsis præstare studeant. ^b Si quid tamen in iis mutandum Consultores sui ducerent; illorum iudicio acquiescent. ^c

† 4. Intra annum, postquam Officium prima vice inierint, quadraginta diebus Christianam doctrinam legant, aut doceant: sed ex causa per alium id munus, cum facultate Provincialis, obire poterunt. ^d Aliquando etiam intra annum officia eorum, qui domi inserviunt, ad tempus aliquod obibunt. ^e

* 5. Quotidie, aut certè alternis diebus, horam cunsiderationi impendent; in qua secum, & cum Deo considerent, quomodo se habeat status Domus, vel Collegii. ^f Habeant verò libellum memoriæ causa, in quem referant, quæ agenda, scribenda-ve ad Superiores subinde occurrent. ^g

* 6. Confessarii Superiorum, absente Provinciali, possunt cum illis dispensare in cibis vetitis, horis canonicis, irregularitate, & similibus, eodem planè modo, quo Superiores cum suis subditis. ^h Si

^a C. 3. D. 38.
^b P. 4. c. 10.
 §. 8. & P. 8. c.
 1. §. 3. & R.
 Præp. 2. 3. &
 Rect. 2. & C.
 12. D. 43. &
 C. 3. D. 38. &
 C. 6. 37. §. 6. &
 Cl. c. 1. tit. 2.
 §. 7. & c. 4. §. 9.
^c P. 9. c. 4. §. 2.
 & c. 5. §. 2. &
 c. 6. 1. & Reg.
 Conf. 12.
 † Catechesis, &
 Ministeria hu-
 milia.
^d P. 4. c. 10. §.
 10. & K. & C.
 2. D. 65. & R.
 Præp. 4. & R.
 ctor. 3.
^e P. 3. c. 1. 8. 19.
 & R. Præp. 34.
 & Rect. 33.
 * Hora cunsiderationis, & libellus memoriæ.
^f Or. c. 2. §. 5.
 & Cl. c. 2. tit.
 2. §. 1.
^g R. Præp. 19.
 & Rect. 18.
 † Confessarius.
^h Or. c. 1. §. 22.

quando autem (quod Deus avertat) egerent absolute à reservatis; olim in absentia Provincialis, ordinarius quilibet Confessarius domicili poterat eos absolvere, sed cum onere se sistendi Provinciali. Postmodum, citra ullum onus se sistendi, hæc facultas committenda erat à Provinciali uni ex prædictis Confessariis.

Or. c. 6. §. 6.

1C. 8. D. 25.

§. 2.

m C. 12. Act. 40.

Discedere à sua Statione quatenus possunt.

n R. Proy. 105.

o C. 9. Act. 60.

Demum concessum est, ut absolvi possint à quolibet ex Confessariis ordinariis; & si alium quempiam ex suis subditis malint, cum onere se sistendi Provinciali, absolvi ab eo possint. m

7. Nequeunt discedere à sua Domo, vel Collegio, absque Provincialis facultate; nisi locus esset vicinus, aut sine gravi incommodo Superioris responsum expectari non posset. n

8. Rectores aliis Rectoribus locum in mensa cedere non oportet; quem tamen Provincialibus, etiam aliarum Provincialiarum, deferent. o

